APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XIV. ROMAE, Mense Aprili MCMXI Num. IV.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA apud **Gebethner et Wolf**, Varsaviae Polonorum, Rakowskie Przedmiescie, 15

apud **"Kronika Rodzinna"**, Varsaviae Polonorum, Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA apud **Burns and Oates**, London W., 28, Orchard Street.

IN CANADA apud **Libraire Granger Frères**, Montreal, 1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentum exercitationes, quae incilamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

ad **Societatem Editricem Romanam**

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

Ann. XIV. ROMAE, Mense Aprili MCMXI Num. IV.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

De subsidiis quibus eget res latina commentationes.
Philosophicae disputationes Modernistam inter et Thomistam. De actus voluntarii dependentia erga actum rationis — Quid sit iudicium liberum penitius investigatur.
Amygdalus et Puella.
Archaeologicae res. — De Christianorum sepulcrorum ornamentis.
Colloquia latina. — Puer beneficus.
Paroemiae sive adagia: Quot homines, tot sententiae. — Tunica pallio propior.
Ex Batavia. De certamine poetico Hoeufftiano.
Ex Italis urbibus. — De magno artium certamine Augustae Taurinorum indicto. - II.
Christi Domini passio, quam Paulus Veronensis pinxit.
Domestica funera.
Christo-Deo resurgente.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae: Ex Congregatione Consistoriali. — Ex Congregatione de Sacramentis. — Ex Commissione de Re Biblica.
Diarium Vaticanum.
Annales. — Belli rumores.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
Librorum recensio. (F. Capuzzello).
Libri recens dono accepti.
Ioci.
Numismatum collectoribus monitum.
Aenigmata.
Appendix: Euplius.

DE SUBSIDIIS QUIBUS EGET RES LATINA

COMMENTATIONES

Ad Magistros Linguae Latinae.

Duo sunt eorum consilia, qui nostris temporibus rei latinae proficere student: unum, ut adversariorum obiectionibus occurrant, alterum ut linguam litterasque latinas melioribus institutionibus tractent. Haec autem duo unum valent. Namque si excipias eos qui, sive novarum rerum cupiditate adducti, sive falsa utilitatis specie obcaecati omnia studia ad artium humaniorum cultum pertinentia funditus sublata volunt, haud scis an nemo relinquatur quicum non possimus pacifice et amice agere.

Cum ipsis quidem *Philistinis* (ut Anglorum vocem notissimam usurpem), hoc est, cum contemptoribus et osoribus disciplinarum liberalium nullae omnino nobis pacis condiciones esse possunt; sed bello, bello inquam, continenter, perque caduceatorem non denuntiato contendendum est, quum nusquam alio spectent huiusce militiae arma quam ad alterutrius partis internecionem. *Vae victis!*

Sed quoniam fas est ab hoste doceri et magna pars eius argumentationis, quae contra latina studia instituitur, non tam est hostiliter insectantium aut iniquo animo infitiantium omnem huius disciplinae utilitatem, quam desperantium et conquerentium quod tantis laboribus nostris et discipulorum nostrorum tantilli respondeant doctrinae fructus — id quod nos minime dubitamus, — sequitur ut tota fere causa nostra ad unum velut principium determinationis revocetur, nempe si institutiones nostras latinas radicitus emendatas atque quam maxime utiles praestare valeamus. Perfectio autem artis cuiuslibet non est unius hominis quamvis ingeniosi, sed plurimorum artificum communi concentu optimisque consiliis inter se laborantium. Quapropter nobis qui linguam litterasque latinas profitemur summopere nitendum atque efficiendum est ut communia agendi consilia ineamus et communi itinere ad proposita tendamus. Ad ea igitur subsidia quae in communi mutuoque auxilio posita sunt oculos vestros convertere velim.

***

Sunt autem meo iudicio octo: 1) pronuntiatio longe lateque communis, etiamsi ea discrepet a philologorum subtilitate; 2) conventus doctorum saltem annui, ubi in commune consulatur — quales habere consuerunt ceterarum professores artium, ut medici; 3) ephemeris aliqua hebdomadalis, per quam orbis latini cives saepius et cuniunctius inter se communicent; 4) genus latinitatis satis purum quidem neque inelegans, sed tamen aliquanto simplicius atque ab eis ambagibus et difficultatibus quibus veterum scripta abundant remotius; 5) cursus elementorum sive praeparatorius quo tirones iam inde ab initio discendi ad universum sermonem latinum facile, commode, plene percipiendum perducantur; 6) magna copia fabularum amoeniorum, praesertim milesiarum, quae tirones modica adhuc scientia linguae latinae imbutos ad frequentes et copiose lectitandum alliciant; 7) indices vocum pleniores ad hodiernas res exactius, nec tamen

EUPLIUS (5

Actio dramatica a I. B. Francesia versibus senariis exarata.

SCENA V.

CYRUS (*antea denuo ingressus*).

At vos, scelesti, novi probe in tempore,
Traham vos in lucem de vestris latebris.
Quot pulchra nectunt nefarii involucra;
Quae tot evolvam ego vel tantillus puer.
Et iste Maximus noster qui nuper erat,
Est totus adiunctus feris adversariis,
In nostros pugnat, adgravat pericula.
Ast ego, cuniculis nectans cuniculos
Et peream, totos ni male perduim!
Solent adesse fratres nuper iam plurimi,
Adest et Euplius! qui vir! Et innocens,
Et firmus, impiger, sanctis et moribus.
Ut olim Romae vixerat Laurentius...
Acer virtute, fortis in contrariis,
Cluens in primis propter elemosynas.
Venit procul dubio opportunissimus.
Omnes si venti conspirarent turbidi,
Eius nec flectunt vel capillos capitis.
Eum veneratur haec nostra civitas.
Quae virtus emicat de vultus vertice!

SCENA VI.

CYRUS, EUPLIUS et FELIX (1).

CYRUS.

Pater, salve!

CHRISTIANI.

Pater, salve!

EUPLIUS.

Avete, filii!
Adsunt quae dixerat Magister tempora,
Quis nostra virtus periclitatur maxime.
At vos qui spiritus tulistis Agathae,
Eius vestigiis fortes insistite!
Iuvat in posterum magis confidere.
Audite verba quae magister edidit: (*legit*)
« Erunt in terris tempestates asperae,
« Erunt procellis atque nimbis gravidae,
« Ut ipsi sancti versentur in periculis.
« Dabit suis Ipse sanctam quam dulcedinem!
« Quis est qui vestibus de Bosra devenit
« Et Edom tinctis? Vadit in fortitudine,
« In ligno pulcher, pulcher in miraculis! »
En illud tempus nobis acceptabile!
Dedit sed exemplum Catanis Agatha,
Quod omne saeculum transactum superat.
En velum decus urbis et praesidium!
Si virgo fecerit virtutem debilis,
Meritis palmam conquisitam tulerit,
Quid nos possimus Eius patrocinio?
Admodum viget saeculum si vitiis,
Adest Iusto um nec spernendus numerus.
Mihi corona, salus, exsultatio,
Et ipsi lapides necis dul es erunt!

FELIX.

Qui nobis obferunt aeternum gaudium!

CYRUS.

Tibi, velim, Pater, grave quid dicere.

EUPLIUS.

Puer, tu?

CYRUS.

Ita, Pater!

EUPLIUS.

Narra confidentius.

CYRUS.

Audivi nuper, si prudenter, nescio,
Urbis praefectum loquentem cum Maximo,
De Te, Pater! Cupit trudere in vincula
Ut impotentem Christianorum ducem.
Totis ut impleant nituntur artibus.
Iuvabit ergo devitare insidias.
Scis quot tentabunt dolos vaferrimi,
Qui ut lupi rabidi per noctem quaeritant,
Quos possint dentibus macerare socios.

I. CHRISTIANUS (*curiosius*).

Quid dicit?

II. CHRISTIANUS (*item*).

Quomodo?

III. CHRISTIANUS.

Quando istaec facient?

CYRUS.

« Mox » dixit ipse. Quaerunt sed divitias!

FELIX.

Adest Volusius! Fratres, silentium!
Hic forte nostrûm fratrum persecutor est!
Recede, Pater!

EUPLIUS.

Quid? Noster Volusius...
Sanguis et ipse christiani martyris!
Erit nec hostilis neutiquam fratribus.
Quinimo validum nobis auxilium.

SCENA VII.

VOLUSIUS et DICTI.

EUPLIUS.

Salve, Volusi!

VOLUSIUS.

Salve et Tu, Eupli carissime!

EUPLIUS.

Quid est? Cur detrahis te de spectaculis?
Audisne rumores manuumque strepitum?
Plebes gaudet, plaudit triumphis Caesarum.
Cur hinc recedis?

VOLUSIUS.

Haud mihi placent ludicra
Quae tot parantur hominum periculis.
Iam mille sistunt, iam premunt molestiae
Queis humana plectitur mortalitas.
Eant a nobis ludi sanguinarii!
Sed qui sunt? Quamvis mihi cor suggerit,
Vos esse Christi stabiles discipulos,
Quod ipsi tristi saeculo receditis.

(*Ad proximum numerum*)

(1) EUPLIUS *cum magna Christianorum multitudine ingreditur, modeste facie, gravi incessu et habitu venerabilis.*

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

praeter Commentarium VOX URBIS possidet atque administrat
CATHOLICA ITALORUM DIURNA

CORRIERE D'ITALIA
ROMAE

L'AVVENIRE D'ITALIA
BONONIAE

CORRIERE DI SICILIA
PANORMI

quae notitias sibi proprias quotidie accipiunt tum ex Italia, per quam latissime diffunduntur, tum e praecipuis civitatibus orbis universi.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS PRO UNOQUOQUE EST:

In Italia libell. 16; ubique extra Italiam libell. 34.

SUBNOTATIO *CUMULATIVA* CUM COMMENTARIO *VOX URBIS*:

In Italia libell. 19; ubique extra Italiam libell. 38,50.

SOCIETAS EDITRIX ROMANA
RECENS ETIAM APUD SE CONSTITUIT
OFFICIUM NUNTIORUM ET PUBLICAE RERUM PRAEDICATIONIS
tum per Italiam omnem, tum apud exteras gentes.

TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XIV. Romae, Mense Maio MCMXI Num. V.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

Condidit ARISTIDES LEONORI eques

Possidet atque administrat SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum** Rakowskie Przedmiescie, 15

apud **"Kronika Rodzinna"** — **Varsaviae Polonorum** Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates** — **London W.** 28, Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal** 1699, Rue Notre-Dame